(15

A S. E.

IL SIG. MARCHESE DI SALSA BERIO

POETICI OMAGGI

DI GIOVANNI ANTONIO CASSITTO

PRESIDENTE DELLA REAL SOCIETA' ECONOMICA DI PRINCIPATO ULTRA, MEMBRO DI VARIE ACCADEMIE NAZIONALI, E STRANIERE.

AVELLINO 1817.

Dai Torchi di Cava, e Giambarba

Digitized by Google

FRANCISCO . MARIAE . BERIO
SALSAE . ET . MONTIS . AMARANI . MARCHIONI
CONVENTVI . PROVINCIAE
HIRPINORVM . SAMNITIVM . PRAEFECTO
EXEMPLO . OMNIS . ELEGANTIAE . DOCTRINAE
ET . MORIS . ANTIQVI
INTRA . BERIANOS . ILLOS . PENATES
IN . IPSO . VTIQVE . MINERVIO
A . MVSIS . GRATIIS . VENERIBVSQ . ENVTRITO
IAM . NVNC . HIRPINORVM . SVORVM
HERCVLI . SANCTO . SEMONI . MVSAGETAE
QVOD . SVASO . POPVLIS . DESIDERATISSIMO
BONARVM . ARTIVM . EPHEBIO
SPEM . LITERARVM . EREXERIT
HYDRAM . INSCITIAE . PROFLIGAVERIT
AETERNA . ILLA . DVO
ET . NOBILIORA . PYRAMIDIBVS . PRAEMIA
PLAVDENS . AVGVRATVR . PROVINCIA
BENE . FACTORVM . NEMPE . CONSCIENTIAM
GRATAMQVE . MEMORIAM . POSTERITATIS
CIↃIↃCCCXVII

IO ANT. CASSITTUS SENIOR DICTAVIT

Digitized by Google

ELEGIA I.

Hic ille est BERIUS, magni qui nominis heres
Non se fumosis iactat imaginibus,
Palladis at cultor vestigia calcat avita,
Inque loca ingreditur devia Pieridum,
Picas Parnasso exturbans corvosque poetas,
Et sterili tumidos garrulitate sophos.
Ex latebris ad nos ausum deducere Musas
Plaudite, et Alciden dicite Musageten.
Ecce novos terris video lucescere soles,
Iam nostri referunt tempora prisca dies,
Quum iuvenis veterum sacra exemplaria trivit
In Graio et Latio plurimus eloquio,
Naturam moresque hominum rimatus et ille
Sirenum blandas exiit illecebras.
At modo ab antiquis studiis divulsa iuventus
Institerat nugas perdita mille sequi,
Ac tandem hic gladiator erat, citharoedus et alter,
Pictor hic, in septem callidus hic spatiis,
Psittacus atque novas satagebat noscere linguas,
Et rerum et linguae nescius ipse suae.
Scribebant in aquis, in arenis omnia, quae mox
Unda super veniens distulit ac zephyrus.

Digitized by Google

TRADUZIONE

ELEGIA I.

Eccolo, egli è quel BERIO, il grand' Erede
Di nomi grandi, e che non vane ostenta
Immagini fumose; ei già cultore
Di Palla incede su i vestigi aviti,
E ne' profondi più recessi ascosi
Delle Muse penètra; egli discaccia
De' famelici uccelli il negro stuolo,
E 'l garrulo superbo il qual si arroga
Di saggio il nome. Or se rimena a noi
Dal nascondiglio lor le afflitte Muse,
Musagete il chiamate Ercol novello,
Mille fategli applausi. Un' altro sole
Comincia a scintillar; gli antichi giorni
Riedono a noi, quando l' eterne carte
Svolse il giovane attento, e spesso in Roma
E in Atene albergando, or la natura,
Or l' umano costume a se propose
De suoi pensieri nobil meta e segno,
Con che sfuggì nel periglioso varco
Delle crude Sirene il dolce inganno:
Ma pocanzi perduta, oh Dio! divelta
La gioventù da' cari studi antichi
Mille fole seguía. Finí costui
A fare il gladiator, l' altro le corde
A toccar mollemente, e quei pittore
Sortí, quell' altro i sette giri accorto
Là nel Circo a compir. Le lingue nove,
Come l' Indico uccello il folle apprese,
E quelle ei balbettando era di cose,

Attonito praeceps iuveni vecordia mansit,
Adducto et probitas falsa supercilio.
Heu! demum superos hominum ceu somnia ridens
Iurat in arcani verba magisterii.
Saltem Hirpinorum incolumis sine crimine pubes
Incedit quà iam providus ibat avus,
Unde Filangerius summas enisus in arces
Nos vocat, et quid sit gloria vera docet,
Magnus quem sequitur BERIUS, quìcum ecce triumphat
Sideribus gaudens inseruisse caput.

Digitized by Google

Sparir facea. Dell' intronato alunno
Restava in fondo al cor stupido orgoglio,
E fuor la probità sotto al cipiglio
Mentita e trista. Ei che l' eterno Nume
Come sogno dell' uom spregia e deride,
Giura stolto all' enimma a' sogni vani
Di aggirator maestro. Almen fu pura
L' Irpina gioventù; le strade e l' orme
Seguí degli avi, donde al ciel con forza
Filangieri salí, che indi ci appella,
E qual' è il vero onor da lungi mostra:
Cui BERIO segue Alma gentile e bella,
E quasi tocca omai l' eterea chiostra.

Digitized by Google

ELEGIA II.

Samnites fuimus magnae gens aemula Romae,
Furcae heic Hirpinae subdita Roma fuit.
Luceriae nec furca notas delevit inustas,
Roma, tibi, subiit quam fugitiva cohors.
Taurasiae campis primi insedere Sabelli:
Martis erat proles inclyta Marte potens.
Samnis ibi taurum mactavit Martis ad aram,
Taurasia hinc nomen, dicta Cisauna, trahit.
Mox gens Lucana hinc oritur, dein Brutia capta est,
Et Mamertinis capta Triquetra viris.
Ut Capua Hirpino Campanaque paruit ora,
Fratri se properat consociare Taras,
Nam Lacedaemonio populus de sanguine uterque est;
Curetum Sparta es, tuque, Sabelle, genus
Curetes proprio donarunt nomine Cretam,
Patria quae invicto traditur esse Iovi;
Atque illos iam Cariathas dixisse vetustas
Creditur, extorres finibus e patriis,
Finibus extorres Cariath, quum vindice Iudà
Moecha e bissenis concidit una Tribus.
Nempe Aretam ad Spartae regem Iudaeus ut olim
Hanc consanguineam scripserat esse sibi,
Sic consanguineos poterat scripsisse Sabellos:
Una Palaestino turba parente sumus.
Non Vultur potis hanc, non hanc fraenare Taburnus,

Digitized by Google

ELEGIA II.

Fummo dell'alta Roma emola gente,
Sanniti fummo, e Roma al giogo nostro
Quí settomise il capo; or vanta invano
Le Lucerine forche, onde l'eterno
Opprobrio si cancelli, un giogo alfine,
Cui fuggitiva torma un dí soggiacque.
Di Taurasa ne' campi il primo piede
Pose il Sabello sciame, invitta prole
Di Marte, e nel poter Marzio feroce.
E là il Sannite immoló TAURI all' ARE
Di Marte, onde TAURASA il nome ottenne,
Che C SAUNA si disse. Indi il Lucano
Provvenne, e 'l Mamertin, che i Bruzj vinti,
Fu de' Siculi donno. E poi che stese
L' Irpino a Capua e su' Campani lidi
Le temute sue forze, a lui gemello
Tara si unisce, che son genti entrambe
Di Sparta, e de' Cureti illustre germe;
Di que' Cureti, ond' ebbe Creta il nome
Patria di Giove, e che Cariati furo
Nomati allor che vendicossi Giuda
L' adultera tribù fiero alla morte
E all' esiglio spingendo; È come al prence
Spartano Arèta il Maccabeo già scrisse
Ch' era del sangue suo quel popol forte,
Dirlo potea di noi; la stirpe istessa
Da un padre Palestin due genti onora.
La nostra turba antica alto il Taburno,

Digitized by Google

Aufidus ac Silarus non retinere queunt,
Quin foris exundet, rupto velut aggere torrens,
Aut Sicula horrificis quum furit Aetna minis.
Samnis et Hadriacis qui circum scribitur undis,
Cui ditio est nostra sic regione minor,
In Latium ruit, Hirpinos vocat, inque nepotum
Romulus exhorret vincla parata pedes.
Fatum etsi Romae vicit, pavet undique victor,
Fraterno et victos foedere conciliat.
Gens nisi Romanas implesset nostra phalanges,
Iam nihil, aut Poeno praeda, Quirine, fores.
Et victum Hannibalem, et quos iactat deinde triumphos
Samnitum titulis reddere Roma potest.
Reddidit hercle, Italo quum consternata tumultu
Se totam toti miscuit Ausoniae.
Samnitum fastos quid deles, Sulla, quid urbes?
Nil agis. Aeterna est, non perit historia.
Arguet haec sine fine tuos, insane, furores,
Armis quod viduos dextera caedit iners,
Invidus atque facis, Samnitum ut Samnio in ipso
Cogatur nomen quaerere posteritas.
Incluta Samnis erit tellus. Si praeda vel arma
Pectora nostra minus laudis amore movent,
Gloria sed stimulis animos maioribus urget
Nobilior; studiis vincere pacis amant.
Adridet votis BERIUS; decernitur aedes,
Gens nostra ut studiis ingeniosa vacet.

Digitized by Google

Il Volture nevoso, Aufido, e Sele
Contener non potea, che fuor cercava
Con impeto sboccar, come gran fiume
Rotti gli argini e ponti, o la minace
Etna se nel furor traballa e geme.
Il Sannite che l' Adria ha per confine,
Cui dell' Irpin toccò minor paese,
Piomba sul Lazio, e dell' Irpin germano
Le forze invoca; omai l' aspre catene
Che pe' nipoti suoi porta il nemico
Guarda Romolo e trema. È ver che cieca
Vinse di Roma infin vinse il Destino,
Ma il vincitore ancor pallido in viso
Non oblia le sue stragi, e stringe unita
Con fraterna amistà la vinta gente.
Che se non riempian gl' Irpini eroi
Le Romane falangi, or tu Quirino
O nulla, o di Annibal preda saresti.
Annibal vinto, e quanti hai più trionfi
Roma rendi al Sannite. E ben rendesti
Sí gran titoli a lor, quando pavente
Per l' Italo rumor tutta te stessa
Coll' Italia mescesti. Or tu che tenti,
Silla, fasti e città mentre cancelli
Nel Sannio? O vane cure! Eterna vive,
Non sa morir la Storia: essa ti sgrida,
Folle, perchè con vil perfida destra
L' inerme stuolo uccidi, invido! e fai,
Che del Sannite anche nel Sannio stesso
Cerchi il nipote e non ravvisi il nome.
Ma sempre inclito fia. Se già non preda
L' alletta, o guerra, un più gentil desio
Agli studi di pace ormai lo invita.

Digitized by Google

ELEGIA III.

Samnites rerum dominos ne dicite Romam,
Quae peregrinorum barbara colluvies,
Dum nostros sine fine viros fera bella fatigant,
Amphitheatrales spectat acerba neces.
Quamvis Romanos optivo nomine dictos
Militiam reliquae credimus Italiae,
Robur erat Samnis Romae, sibi quaerere lapsae
Ferro quin potuit vindice relliquias.
Illa cadit, ruit imperium; iam barbarus orbem
Ut voret, in partes dissecat innumeras.
Langobardorum Beneventum prima coronis
Emicat, et populis porrigit illa manum.
Erigitur meminitque sui, votisque potitus
Iam dominus meruit Tybridis esse Calor.
Adverso tandem fato obluctante fatiscens
Langobardorum concidit imperium.
Surgit at Hirpinus: Regni primordia magnis
Viribus et multo sanguine constituit.
Rogeriumque ducem plebs Regem nostra salutat
Ariano, prope quam Tuticus exstat Equus.
Huc proceres populusque frequens convenit, et illi
Armis Samnitum parta corona data est.
Prima urbs ista fuit regni caput, istaque numos
Percussit, leges proposuitque prior.

Digitized by Google

ELEGIA III.

Non dite no del mondo esser signora,
Roma, padron del mondo il Sannio dite.
Di peregrine genti un popol misto
Fu Roma, e mentre aspre tenzoni duro
Il Sannite sostien, Roma crudele
Di sangue anfiteatral sue luci pasce.
Ogn' Italo campion seguì del Tebro
L' aquile illustri è ver; ma fu il Sannite
Nerbo de' prodi, e le reliquie sparte
Infin di Roma ei con invitto brando
A se rivendicar seppe da forte.
Cade Roma, e l' impero; è scisso il mondo
Dal barbaro in frammenti, onde il divori.
Benevento è la prima, ove corona
Brilla sublime, e che all' Italia porge
Sua man cortese. In piè già sorge e pensa
Calor chi sia chi fu; ben' egli merta
Al Tevere imperar. Se il fato avverso
De' Longobardi il regno al suol prosterne,
Lo ristaurá l' Irpin, che sangue e forze
Spende, e 'l duce Ruggieri in Re saluta
Là in Ariano, ove non lungi il sito
D' Equotutico fu. Popol, magnati
Si raccolgon colá; fan dono al Prence
Del Serto, lor fatica. Allor fu quella
Del Regno il capo, e diè moneta e leggi,

Digitized by Google

Regibus heic orta in Siculos nostrosque potestas;
Quae iam bellorum didita discidio
Confluxit regnum (sic vult FERNANDUS) in unum,
Binis est populis unus ut ipse pater.
Iamque resurgentes, via quà datur, ipse iuvabit
Hirpinos, studiis qui modo, pace, litant,
Depositisque armis ludunt in Apollinis umbra,
Musarum impliciti, sacra per antra, choris.
Nuper et hos BERIUM iussit curare, benignis
Artibus ut poliat, nec sinat esse feros,
Acri Equitem ingenio, cui non sunt Nestoris anni,
Nestora sed lingua, Nestora corde refert.
Conventu in celebri leges statuisse salubres
En properat, nostro et consuluisse bono.
Iam prolixarum saxis constrata viarum
Pulcrior est facies, commodiorque rotae:
Has nexu inter se vario nova brachia iungunt,
Urbe omni ut liceat iam propiore frui.
Magnum opus hoc: maiusque domum posuisse Minervae,
Praesit ut et docto Pallas et artifici,
Artibus et Studiis templum, ne forte sine istis
Infestam timeant saecula barbariem,
Neu pubes male suada terens vestigia luxus,
Et transalpinis perdita deliciis,
Vertat terga deis, vitiorumque obruta coeno
Invisa heu patriae marceat, immo sibi.
Iam pauper, quem dura fames mage dura coegit
Viribus exhaustum nocte dieque pati,
Gnatorum e numero praestantem deligit unum,
Et vitam hanc, inquit, nunc mihi deserere

Digitized by Google

Là sul Siculo e noi surse l' impero,
Che da barbare guerre in due diviso
Uno oggi fassi, poichè il vuol FERNANDO,
Di due genti gemelle unico padre.
FERNANDO, ove più può, rinati Irpini
Soccorso a voi darà. L' armi deposte,
Tutti or di pace a' cari studi intenti
Sotto l' ombre d' Apollo i dì menate
Pe' sagri spechi, e vi meschiate a' balli
Delle figlie di Giove Aonie suore.
Volle il buon Re, che di voi cura avesse
Chi al saper vi rimeni, e non più fieri
Foste dall' arte esculti. Ei BERIO sceglie
Cavalier saggio, che di Nestor gli anni
Non ha, ma del gran veglio e lingua e core.
Nel gran Concilio eccol già pronto a leggi
Salubri stabilir, pronto ogni bene
A piantar della patria. Ecco di sassi
Coverte omai le lunghe immense vie
Rider più vaghe, alla veloce ruota
Adatte e piane; in cento guise aperte
Braccia novelle intradilor congiunte,
Fan che godiam più le città vicine.
Grande opra! è ver; ma ben maggiore è questa,
La Magione innalzar sacra a Minerva,
Che agli artefici è mastra a' dotti è nume:
Tempio d' Arti e di Scienze, onde non tema
La nemica barbarie il secol nostro,
Nè gioventude il rio sentier calpesti
Di fallace piacer, perduta in lusso
E in paregrine usanze, onde poi volga
A' Numi il dorso, o in basso fango immersa
Della patria e di se marcisca a danno.
Già il misero villan cui fame indura

Digitized by Google

Non gravat : hunc studiis cultum fors ipse videbo ;
Certe erit altricis dulce decus patriae .
Crispulus ille puer , molli cute , candidus , acer
Obtutu , magnum spirat et eloquitur .
Ne , bone , ne dubites ; quondam hunc Ciceronis in armis
Suspicies celebri verba tonare foro .
Mensorem aut coeli Architam terraeque secundum ,
Vel novus hic Naso , vel puto Flaccus erit .
Nam priscae errantes animae nova corpora complent ,
Si modo sunt Samii dogmata vera Senis .
Quod si ego non unum invadens per saecula corpus ,
Vel Maro , vel magnus forsan Homerus ero ,
Te , BERIE , in coelum tollam et tua maxima facta ;
Nomine tunc tanto carmina digna canam .

Digitized by Google

Se forse pria veder costui mi lice
Ne' studj culto ; almeu suo dolce onore
Madre la patria il chiamerà . Bel figlio!
Crespo , morbido , bianco , e d' acre sguardo
Niente spira del volgo , o parla , o pensa .
O buon padre , a che temi ? Un dí coll' armi
L' ammirerai di Tullio in denso Foro
Gran fulmini scagliar non già parole ,
O un' altro Archita il mirerai , che cielo
Misuri e terra , ovver novel Nasone ,
O novel Flacco , poichè l' alme antiche
Sempre in corpi più novi entrar son' use ,
Se del Veglio di Samo il domma è vero .
Che ancor s' io forse in questo corpo e quello
Per secoli vagando un di Marone ,
O sarò il sommo Omero , al ciel vogl' io
BERIO , innalzarti , e ogni tuo raro vanto ,
Così degno di te sarà il mio canto .

Digitized by Google

AL SIG. D. G. A. CASSITTO

PRESIDENTE DELLA SOCIETA' REALE DI P. U.

SONETTO

DEL MARCHESE F. M. BERIO.

Se al par di te cinger potessi anch' io
Quel serto istesso al mio negletto crine,
Che le Grazie intrecciaro, e 'l biondo Dio
Per te sulle settemplici colline:

Alle tue laudi, che da eterno oblio
Me tolgon con tue note ogn' or divine,
Condegno fora, e grato il canto mio
Di cui risonerian le balze Irpine.

Ma se tremante l' inesperta mano
Seguendo il bel desio, che il cor m' accende
Tenta toccar tua cetra, e 'l tenta invano;

Se il labbro tace, e attonita comprende
L' alma, il poter del labbro tuo Romano,
Il silenzio loquace ancor si rende.

Digitized by Google